Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



182

vobis et heredibus vestris – concedimus regnum Sicilie, Ducatum Apulie, Principatum Capue cum omnibus pertinentiis suis, Italia quæ ultra Marsiam habere debetis Neapolim, Salernum, Amalphiam Salernum cum pertinentiis suis et alia quæ ultra Marsiam habere debetis, et regina tenimenta, quæ tenetis, a predecessoribus vestris, hominibus sacrosancte Romane Ecclesie jure detenta, et contra omnes homines adjuvabimus honorifice manutenere. etc.

Porro schema cognationis est hujusmodi:

Rogerius I Normannus Sicilie primus rex.

Rogerius D. Apulie.	Guillelmus I Rex ob. 1167.	Constantia Imperatrix.	Tancredus Sp. nothus ob. 1192.
Manfredus	Rogerius II Rex ob.	Guillelmus II R. ob. 1187.	Fridericus II Imp. ob. 1250.
			Guillelmus Tyrannus.

Conradus IV Rom. Sicilie et Jerosolym. Rex ob. 1254.
ux. Elisabetha Ottonis IV Bav. D. filia

Conradinus Sicilie et Jerosolymorum Rex ob. 1263.

28) Dina Henricus Diploma est apud Kundium Hist. Salisb. t. III in Tegernsee. / In confirmatione testes sunt Heinricus Wirzburgensis Episcopus. Otto Frisingensis Episcopus, Conradus Abbas de Salueld, Heroldus Abbas de S. Burckardo in Wirzburg, Berchtoldus Dux Meranie, Comes Albertus de Pogen --- alii quam plures. Acta sunt hæc, Anno Incarnationis Dominicæ M.C.XCIII. Indictione undecima, Regnante Domino Heinrico sexto Romanorum Imperatore gloriosissimo Anno Regni ejus vicesimo tertio, Imperii vero tertio, Datum apud Wirzburg, XV. Calend. Julij. Ad hunc quoque annum referendum videtur diploma Henrici VI apud Kundium t. II in Ebersperg, quo hoc monasterium in regalem Abbatiam erexit; licet nota chronica mirum depravata ibi deprehendantur. Nam testes sunt Heinricus Wirzburgensis Episcopus, Otto Frisingensis Episcopus, Conradus Abbas de Salueld, Eroldus Abbas de Weissenburg † B. (Bertholdus) Dux Meranie, (Comes Al. (Albertus) de Pogen, Com. Fr. (Fridericus) de Abinberch, B. (Bertholdus) de Henneberg --- Acta sunt hæc Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo (Supplé centeſimo) ſeptuageſimo (corrige nonageſimo) tertio, Indictione ſexta (corrige decima vel undecima) regnante Domino Henrico ſexto, Rom. Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus XXIII, Imperii vero tertio. ϕ Hinc, quomodo cl. Trithemius et alii ſcribunt,

/ Ibi Heinricus sextus divina clementia Rom. Imper. et semper Augustus. --- Nos autem antiquorum Regum et Imperatorum institutionibus honorem deferentes, et justis precibus dilecti consanguinei nostri Marcoldi ejusdem Monasterii Abbatis (cratis Dispol. di Bergensis et Gisele Andecensis Comitum filius, post Episcopus Batavensis) facilem aditum indulgentes, quoscunque in eadem domo vitiosa consuetudo, aut iniqua exactio ex Advocatorum violentia vel aliorum hominum negligentia emersisse videtur, ex consensu Berchtoldi Ducis Meranie, qui tunc in præsentiarum Advocatus est, judicio atque sententia Principum penitus reprobavimus, specialiter panum et aliorum rerum, quæ in Gophania Advocato fiebant, de cetero exigi et offerri prohibuimus. ---

ϕ Idem Imperator in Februario anni mille-simi centeſimi nonageſimi quarti Herbipoli insigne privilegium contulit monaſterio Waldhauſenſi ordinis Ciſtercienſis in Palatinatu ſuperiore. In ejus teſtes nominantur --- Leopoldus Austrius, Bertholdus Dux Meranie, Jongelinus Not. Abbat. Ciſt. l. 3.

28) Chron. Admontense apud Kier. Rerum Script. rer. Austr. t. II, p. 132: MCXCIV Heinricus Imperator apud Wormatiam curiam celebravit, et ex expeditione transmarina in auxi-

/ (Legendum videtur MCXCV, ait Pezius)